

Johann Festing

**Rectoris Universitatis Rostochiensis Johannis Festingii Epistola Ad ... Dn.
Henricum Könecke, Regiorum in Ducatibus Bremensi ac Verdensi Dicasteriorum
Advocatum Ordinarium, I. U. Doctorem solennoter renunciandum : Ad diem
XXVII. Mart. A. M.DCXC.**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1690

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771553749>

Druck Freier  Zugang



Jn H. Könecke.

R. 1690.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771553749/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771553749/phys_0003)

DFG

RECTORIS
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNIS FE-
STINGII
EPISTOLA

AD CONSULTISSIMUM
DN. HENRICUM
KÖNECKE,

Regiorum in Ducatibus Brandenb.
ac Verdensi Dicasteriorum Advocati

tum Ordinarium,
J. U. DOCTOR EM

solemniter renunciandum

Ad diem XXVII. Mart. A. M.DCXC.



Rostochi, Typis JOHANN. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

51.

Nobilissime ac Consultissime DN. DOCTORANDE.



Agna visa est Doctorum dignitas,
nec minus splendida ejusdem dignitatis recensentur privilegia,
qvibus licet immisceantur aliquando ea qvæ non sunt, ex illis tamen prudens quisque facile colligit, quæ amplectenda magnique facienda sunt. Evidem non destitutus fuit ordo criminationibus qvas movit tum multitudo tum ambigua eruditionis

qvorundam existimatio: Sed fe-

liciter defensa ejus causa non tantum adversus nobiles, ex qvorū sanguine degeneres etiam aliquando natos cernimus, sed adversus qvos cunqve, qvorum ordines non omnes bonos ferre animadvertisse. Imode honoribus quoque militaribus antehac Majores, inquit Bodinus, difficulter Equitem creabane quam bis temporibus imperatorem aut ducem exercitus. Qva propter sicut nec olim minus doctoralis dignitas odiis onerata fuit & servata tamen: ita nunc itidem per Dei gratiam contra criminatores servanda erit, qvæ licet non careat suorum malis, pejor tamen admodum nec hodiè censenda est, quam fuit olim, dum acerbè satis indigni rei facti sunt. At verò quis negare poterit culpam ut plurimum hic tenere Academicos tanquam autores suos, cum eruditionis & honoris probam non habuerint rationem. Erubescendum meritò illis est, qui indignis honores conferunt, qui excellentiam laudant cum repererint nullam. Sic falluntur superiores qui aliquando testimonium hoc secuti indignos ad reipublicā gubernaculum evehunt; ordinem in tantum destruunt in quantum

tum

tum eius dignitatem pleraque pars despicit, simul ac indignis
æqvæ sicut dignis collatam conspicit: imo suam ipsi autoritatem
perdunt collatores, cum semet tales reddant, quibus testibus
nec suo in officio creditur. Nec melius sibi prospiciunt
qui furantur honores istos, & dum sine reipublicæ incre-
mento aucupaturi sunt, neque conscientia neq; existimati-
onis rationem habent, pessimi cives & in dignitate ordinis
perditores inconsultissimi. Certè magna in rem publicam
redundabant commoda, postquam honores disciplinis tribu-
tierant, & in ipsis præmiis dignitate quadem eminentiori con-
decorabantur qui mertuerant. At facile diligentia studia subsi-
dunt ubi boni mores in desuetudinem abeunt, ubi promiscua
honorum distributione tollitur gloriæ majestas de republicâ.
Hac autem sublatâ majestate sicut cives in omne dedecus ac
flagitiorum foeditatem prorumpere necesse est (quod ait Bodius
de republ. lib. 5. c. 4.) ita postquam pauci magnificiunt com-
municata cum indignis illa præmia illa ornamenta quibus gau-
det Academia, incerta inde hominum diligentia nascitur qui
studia sestantur; & in hac ipsa incertitudine aulis fucum ven-
dunt, curiis se ingerunt, parvaq; sapientia ipsi causas agunt alii
que judicant. Fit aliquando, ut dignitas ad incognitum veniat
& donum sit, quæ si ad expertum venerit compensatio dicitur,
quorum alter, quod ait Theodoricus Rex ap. *Cassiodor. lib. 1. var.*
epist. 13. pr. debitor judicij, alter obnoxius est favori; ubi Hos
enim estimatione subvehimus, pergit Rex, *alios gratia promo-*
vemus, & ad omnes indulgentie vias se nostra relaxat humanitas.
Attamen nec ipsis temporibus, quibus in Gallia officia venum
maxime exponebantur, verisimile creditum fuit à senatu to-
leratam fuisse juridicalium officiorum emtionem: sed forte
quæstorum ærarium, castellanorum, apparitorum, no-
tariorum munera, aquarum & sylvarum regiarum procura-
tiones & similia fuisse empta; non præsidum, consiliariorum,
prætorum, ballivorum & seneschallorum munia. *vid. Aut. d.*
Regno contra Mathia. lib. 1. p. 16. Malè igitur testimonia eru-
ditionis suspecta illos reddidisse, ac Principum auxilie curam

solicitam dubiamq; non immeritò existimatum est , cum homines etiam hos doctorales indigni consecrantur, qvi non nisi optimis disciplinis solidaq; doctrinà instructissimis & in publicum testimonium destinati sunt. Sed o vanam hominum curam, qui honores appetunt & ambitione affecti sunt ! quod quidem vitium proprius virtuti (vid. Sallust. Bell. Catilin. II.) sed ubi bona artes desunt , non vera via nititur, sed fallaciis contendit. Hem ! qualis dignitas est quæ non modò non efficit dignos sed prodit potius & ostentat indignos ? At prorsus hæc dignitas, cuius hodiè incrementum ex te Viro optimo meritissimoq;, Nobilissime DOCTORANDE, agnoscimus, sialicui indigno, qui sapientiā professus, collata sit, talis appareat,

*Humani qualis simulator simius oris,
Quem puer arridens pretioso stamine Serum
Velavit, nudasq; nates ac terga reliquit,
Ludibrium mensis erecto pectore dives
Ambulat & claro sese deformat amictu.*

Sic ludit Claudianus lib. I. in Europa. Et quid non dixerim ex jure, quod adversus negligentes Studioſos apud Harpprechtum alieno loco sed luculenter dicitur ad §. 15. Inſ. d. excus. tutor. Unde siquidem satis constat inter cetera, quod privilegia militibus concessa his solis competant qui in expeditionibus occupantur l. 17. C. d. testam milit. non desides esse poterunt qui doctores audiunt, sed docere & reipublicæ servire debebunt, cuius utilitatibus cum defutura sit eorum doctrina , viderint an non valeat adverso ipsos regula, ut *indignus privilegiis non utatur* & valeat ratio quæ tantis rerū momentis nixa est. Quapropter his ipsis in exercitiis, si (ut fas est) stibire hæc oporteat, apparabit; quomodo liceat solam dare alicui dignitatem sed non eum reddere aptum & idoneum ad res gerendas. O inanis gloria! ubi ignaviae voluptas quidem & præmium virtutis, at legum custodia non honori sed oneri esse existimabitur. Adeò se magnum aliquid adeptos putant, qui huc felicitate veniunt, ut rideantur. Verenimvero ordini sua dignitas in contumelia indigni admittitur, & traducere ex sententia Senecæ de provis.

48.5

exp. 5. videntur, qui ad turpisimos deferunt, ab optimis abigunt.
Qua ratione notum est, quomodo, cum Cn. Flavius libertinus Æ-
dilis Curulis à forensi turba creatus esset, patricii ac omnes no-
biles phaleras & annulos publicè posuerint. Id exemplum, sicut
ubiq; satis annotatum est, ita memorabile videtur, quo d. Roding
Gallus de republ. lib. 5. adjungit, ubi, ita quondam legibus caucum
erat apud nos, inquit, ne cingulum aureum gestaret qua pudicitia
am profittuisset; cum tamen pleriq; usuveniret, ut prostrata pudici-
cia de cingulio aureis gloriarentur, matrone probata virtutis au-
reocingulo abstinerent, ut postea proverbio usitatum fuerit, aureo
cingulo prestare integrum existimationem. Ceterum de ambi-
tu sanè leges plurimæ latæ sunt, Petilia, Calphurnia, Licinia, E-
butia, Julia & alia, de qvibus Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 7.
c. 17. Qvocircumtamen cum secundum Alexandrum Severum
Imper. periculum animadverterunt, ne qvicq; id peccaretur ab
emtore, ferendum esset, cum ei tanquam pecunia sue do-
mino liceret pro arbitrio suo qvidvis agere. (vid. Scip. Amira-
d. regn. regisq; instit. lib. 2. p. m. 918. edit. 8. Arnij. oper. politi-
cam. i. part. 2. pag. 953. n. 92. scqq. Gbok. i. besaur. aphorism. politi-
lib. 5. cap. 4.) hinc qvodammndo remiserunt Academicci de so-
licitâ curâ, postquam suspicione ortâ senserunt Candidatos
magis ipsos onerari, facileq; rejecerunt majorem in superiores
solicitudinē. Sed causa non una est, qvare nec minus hic, quam
olim qui magistrati petebant, si non candida toga, candore ta-
men animi instructi, nullaq; ambitione polluti qvarere hono-
res debeant. vid. Badius relatus à Thys. in not. ad Valer. Max. lib. 3.
cap. 5. p. 295. n. 6. add. Plutarch. Quest. Roman. p. m. 276. ex edit.
Xylandri cum ejus interpret. Et sanè ut rationes supra me-
moratas taceam & qvod fas non sit auxisse superiorum one-
ra; bene tamen meminisse etiam oportet nostros, quo-
modo in comedie Mercurius prodierit laborans, ne victo-
ria inter hiltronies qvidem favore sed virtute pararetur. Ita
Prologus ap. Plaut. Ampbitr. Sive etiam qui ambissent palmam
hiltronibus, seu quoqvam artifici, seu per scriptas literas, Sive qui
ipsi ambissent, seu per internuncium, Sive adeo ediles perfidiose quo-
duant, Sirempse legem jussit esse Jupiter; Quasi magistratum si-
bi alteriusve ambiverit. Virtute, dixit, vos vittores vivere, Non

A 3

lam

*ambitione, neg, perfidia. quod minus Eadem his trioni sit lex, que
summo viro? Virtute ambire oportet non favoreibus. O beata
tempora, quando emitur sola virtute honos! o bonum virum,
qui sic facit! ubi*

- - - Sub teste iugis
*Vivitur, egregios invitant premia mores,
Hinc præsa redeunt artes, felicibus inde
Ingeniis aperitur iter: despectusq; Musæ
Colla levant.* *Claudian. II. laud. Stilic.*

Sed rara hæc electio, & vel optimi viri miscent, sicut fermè lo-
quitur *Lips. polit. lib. 3. c. 10. n. 9. in not.* Qvanquam olim juramen-
tis cohiebantur examinatores simul cum examinandis, ne aut
darent aut afferrent nisi juxta merita honores. quâ de re ex-
tant vetera nostræ Academiæ statuta inchoata *A. D. 1419. cap. 7.*
nec nisi per scrutinium approbatio facta est *ibid. cap. 16. §. 2.* Adeò
Academiis quondam nec absonus videbatur mos Romanorum
quem Collegia Professorū sequerentur, ubi designati Consules
vel Prætores nō statim magistratū inibant, sed tempus aliquan-
tū manere Consules vel Prætores jubebantur, quò intercedente
hoc inter designationē & acceptationē magistratus tempore
inquiri posset justè an largitione & emercando suffragia ho-
norē consecuti essent qui designati. *vid. Guili. Xylandri & Herm.
Crusenij Not. in Plutarch. Cat. min. ad pag. 779.* Nec alia ratione
disputationes inaugurales olim habitæ fuerunt: sicut ex iisdem
statutis allegatis manifestum est. Evidem licet ad hos nostros
honores non indigni quidem ullibi admittendi sint, cum nec
hereditaria serie doctorum propagetur dignitas: tamen si quan-
do circa celebrium virorum progeniem humanitus aliquid ac-
ciderit, sua sæpius excusant præjudicia. Quocirca memoran-
dum nihilominus exemplum est *Cn. Scipionis Africani Majo-
ris filii*, cuius propinquai cum præturam, quam adeptam Cice-
rei gratia adjutus domum referebat, ab eo pollui animadver-
terent, id egerunt ne aut sellam ponere aut jus dicere auderet,
insuperq; ē manu ejus annulum, in quo caput Africani scul-
ptum erat, detraxerunt. *Valer. Max. lib. 3. cap. 5.* Verum quid
dicendum erit quando adolescentes impulsu matrum ambitio

ne certantium (vid. Loccen. d. republ. ordin. lib. i. cap. ii.) proprioq; impetu non in primo aut secundo sed summo gradu consistere tantopere laborant, imò desiderio aliquando incalescunt, ut conflagrare propè censendi sint, nisi ocyus restinguatur ignis. Certè eximia nobis exempla passim posita sunt, ubi aspectu adolescentes, quantum ad ingenium senes, ætatis annos eruditio ne ac sapientia supergressi sunt. quâ quidem in re eleganter variis ex Autorum locis Animadversiones suas in Claudio lo cupletavit Barth. in Consul. Olybr. v. 68. p. m. 24. Hic vero indignum videtur (quod ait Valer. Max. lib. 3. cap. 1.) eum honori nondum tempestivum videri qui jam virtuti maturus est. Unde Ennodius in vita Epiphanii cap. 22. Scimus Janice Pater, inquit, scimus & profunda consideratione perspeximus, juvenem istum non oportere pro ætate immaturitate censeri; nec debere gravis consilij hominibus teneros pro quadam obice annos afferri. Vir namq; cana morum integritate probabilis geminata laude dignus est, si illi ad venerabile mentis imperium puerile corpus obtemperet. Imò amplius nec prætereunda videntur verba elegantissimi Jcti Antonii Matthæi, quæ habentur in orat. 1. in fin. Nec quisquam, ait, senectutem requiret, qui cogitaverit, displicuisse virtuti annales leges; nec soli canitudini comitcm esse sapientiam: deniq; non rugare frontem antequam nituerit, hos omnes quos senes admiramus quondam juvenes fuisse, cumq; qui inter exempla est, olim exemplis se defendisse. Egregiè Tacitus apud majores virutis id præmium, cunctisque civium, si bonis artibus fide rent, licitum fuisse perhibet petere magistratum: ubi ne ætas qvidem distincta fuit, quin primâ juventâ consulatum ac dictaturas inirent. Annal. lib. II. cap. 22. add. Cicer. Philipp. 5. Id verò etiam si variis in exemplis demonstratum à Tiraqvello de jure primogen. in præfat. n. 101. & seq. it. 175. seqq. nec non ab Alciato in præf. lib. 6. paradoz. & post ipsos in exemplo Nervæ ext. I. §. 2. ff. d. postul. pro aliis majoribus saltē 17. annis defensum ab Arumæo Dipp. ad Pand. 5. 1 b. 2. Nihilominus singularis exempli virtutes fuisse animadvertisimus quæ meruerunt rationem ipsarum extra ordinem habendam: quinimmo legem William latam esse scimus quâ finirentur anni magistratibus capiendis

capiendis; quæ lex Annalis & Antmaria dicebatur vid. Liv. lib.
40. Nec minus etiam de judicium ætate legem fuisse, ne quis
intra 30. ætatis annum judicaret, facile se posse ex eo conjectare
proficitur Paulus Manutius in libro de legib. quod Svetonius de Augusto scripsit: judges à 25. ætatis anno elegit, id est
quinquennio maturius, quam solebant. Ponamus ob oculos pauca quædam eorum exempla qui ut propè ait Hieronymus ad Demetriadem, puellares annos ingenii ardore superarunt, & inde cœperunt, ubi aliis desistit perfectæ consummatae virtutis est. Cogitent igitur ambitiosi adolescentes nostri quidquid scripserit de Boxhornio admodum adhuc juvēne L. de Linda:

- - - Summis mortalibus ipse stuporem,
Fecerat hic annis juvenis, sed pectori, & arte,
Mente senex fuerat: reliqui cum discere debet
Hic docuit Doctor juvenis juvenisq; senesq;
Quocum convenit illud Barla ad effigiem ejusdem.
Adspice Palladii vulnus, spectator, ephebi,
Claraq; fauundis vocibus ora lege,
Ipsa senum velox sapientia preuenit annos,
Et spatiis atas fallitur acta suis.
Vir loquitur, scribitq; senex vernante juventu,
Et satyra mores liberiore notat.

In Batavis praetexta sapit; sub sidere nostro
Dum juvenis fatur mascula verba Cato.
Pingitur imberbis: qualem se pingit Apollo.

Quantum est, ipsa etiam fronte referre deos!
Certè quoad hos de quibus meditamus honores nostros
in utroque iure ut vocant summos, non incongruè fortean majori curâ inquirendum quamobrem properet Marcellus; nec injustius huic aliquis responderet quam Augustus Tiberio rescripsit pro cliente Græco intercedenti: Non aliter se daturum quam si præsens fibi persuasisset, quam justas pesendas causas haberet. Cum Johannes Corasius divino ingenio

vix

vix decimum tertium aetatis annum agens cœpisset jura publicè docere, eq; civitates amplissimæ Andes, Aurelianis, & Lutetia Parisiorum publica stipendia decrevissent, nec tamen honores doctorales ante annum aetatis 21. accepit, licet summa cum laude summaque auditorum approbatione ibi jura tam canonica quam civilia tamdiu professus eslet. Hinc alii ab his penetalibns prohibendos esse eos statuerunt qui aetatis vanitate iacint ampullas, sustollunt supercilia, vultu intument, ventilant humeros, ac si cum Atlante cœlum ferrent, dum tamen, si de rebus grandibus, arduis, peritis disceptandum est, ad prima verba syllabarii ipsi vel balbi fringillant vel attoniti obmutescunt: Zasii utor verbis quæ habentur contra diplomarios qui sancti juris titulos venditant quos non neverunt in orat. habit. in promot: D. Georg. Schmozeri, que iner ceteras prima est, post Epitom. feud. p m. 28. Videtur Quintilianus, vel quisquis Autor est, in dialog. d. Orat. cap. 24. in fin. optime delineasse virtutes juventutis cui jurisprudentia et tituli decernendi erunt, ubi oratorū discipulum describit, fori auditorem, sectatorem judiciorum, eruditum & assuefactum alienis experimentis, cui cotidie audienti notæ leges, non novi judicium vultus, frequens in oculis consuetudo concionum, saep cognitæ populi aures, qui sive accusatio suscipienda sive defensio, solus statim & unus cuicunque causæ par est. Sed qvorum hæc? Ego sanè multas propter causas improbare neq; veo honores hosce Juveni collatos. Sed tuos modò cum honores conspicio, Vir Consultissime, sinceros illos & illatos ab invidia & reprehensionibus, non possum non laudare tuum factum & anteponere tuos properis eorum honoribus, ante qv os tot annitibi lauream sposonderant. Habet meritò is sua præmia, qui, ut ait Gregor. Magnus lib. 2. Dialogor aetatem moribus transiens, nulli voluptati animum dedit; quiq; ve (ut in verbis est Ulrici Zasii) non vina maluisse videatur quæ in Nysa monte Bacchus plantasse dicitur, sed potius dulcissimum amavit æqui & boni liquorem, atq; ve odorifera variarum disciplinarum aromata: imò qui non scholasti-

B

cā

caambit superbia honores, quos nemo inter illos distribuendos
esse dixerit qvi verbae cupantur & non nisi terminorum evo-
lutione prosunt. Hoc intuitu honor incitamentum virtutis est,
nec denegandus, si noverit, qvipetit, qvantopere reipublicae o-
pera navanda, qvomodo prudentiae studendum, qvomodo qvis
partes ejus tueri, exeqvi, ac conservandi inde mereri debeat lau-
des boni publici. Qva qvidem in re si juris optimè peritia instru-
ctus sit nec ingeniu minùs felix ac prompta diligentia perspicia-
tur, adipiscitur non immerito honores, dum petendi causa ho-
nesta aliquando & ad splendidioris cognationis finem accessu
factura; idq; sit etiam omnibus numeris satisfacturus superi-
oribus exemplis non sit. Verum tamen nec sine suspicione est in-
ferior ætas, qvæ relicta privatis studiis usum rerum & experien-
tiam nemine præeunte exploratura sèpius in minimis hæret
& hallucinatur. qvandoqvidem variis exemplis comproba-
tum est, qvomodo in maximam obscuritatis partem incurvant
istiusmodi Doctores, ubi verecundia qvadam ducti, metu-
unt interrogare & confirmare doctrinam. Ita usuvenit ve-
recundis qvidem istis ac taciturnis, (sicut Plutarchus in libel-
lo de auditione p. m. 47. loquitur) ut digressi in mœrore sint
ac dubitationibus, coganturque tandem necessitate impulsi
majore cum pudore docentes interpellare & qvæstiones re-
vocare ac retrorsum discurrere: inò si paullum ambitio-
siores sint, suam ut insectiam semper occultent atq; tegant ne-
cessa est. Eventus sèpenumero docuit, quid valuerint ingenia
qvid operari ex se recusaverint; Unde cum oportuisset eos
legum & consuetudinis e juis qva privati in civitate utuntur
& ad respondendum & ad agendum & ad cavendum peritos
esse, sicut Antonius de officio Jcti disputat ap. Cicero, lib. 3. d. O-
rat. hi tamen omni pro personarum, rerum, modorum, atq;
causarum habito respectu, decernendi ac determinandi stu-
dio omisso, inanem, ut Quint. lib. II. d. orat. instit. cap. I. vo-
cat, futilem, otiosam disputationem atque puerilem meditati-
onem proferunt, perpetuum præproperæ festinationis do-
cumentum in verborum disputationibus, sed in rerum ex-
peri

Perimitis atque operibus sero usum civilem exhibent. Vere dicitur in *Epistola dedicatoria Consilior. Cravetta* quod ex scholis domum reversi, dum ad forenses actiones transire satagant, ad singulas facti species hæsitent, paveant, fudent, trepidant miselli tanquam in alium & novum aliquem delati orbem: atque ita saepe causidicis deridiculo & ludibrio sint. Imò quasi eum pueris, quod *ibid.* porrò dicitur, controversiarum argumenta tractant, rationesque falsas veris miscent omnia confundentes labyrinthisq; implicantes, nec quibus quodq; argumentum casib; procederet distinguentes. Qvare igitur non tibi potius gratularer, Vir Nobilissime? qvi virtutis incitamentum præmium tamdiu promeruisse pro sufficienti solatio habuisti similis Catoni, qvi, cum jam tum statuis Roma oppleretur, nullam sibi passus est ponit, qvod diceret malle qværi, cur non, qvam cur ipsi statua esset collocata. *Plutarch. in precept. reipubl. gerend. p.m. 820.* Sich honores nisi officio coactus non petis: cum petis, alienæ potius qvam tuæ utilitatis causa petis, nec cum adeptus es exultas; qvales virtutes tanq; optimi viri optimas prædicat *Bodin. d. reipubl. lib. 5. p.m. 844.* Adeò honores hi nostri cum ratione & contemplatione factorum & in republica gestorum benè secundùm *Plutarch. in precept. reipubl. gerend. p. 820.* à te augentur, cui nullus occinet qvod facile ex irridentis Sullæ illusionibus juniori alius dixerit, ut remigem prius esse oportuerit qvam gubernatorem. *vid. Partie de regno p.m. 273.* Sat cognoveramus, qvomodo illud, qvod de Arriano Maturio Albinatum Principe Plinius, *lib. 3. epist. 2.* prædicat, hic in te locum habeat: ita enim de illo, caret, inquit, ambitu, ideo se in equestri gradu tenuit cum facilè posset ascendere altissimum. At nunc bene tibi decus concilias, qvia patria diligente, vocarite & exspectante descendis cum honore & gratia, tuamq; virtutem revera suspiciendam salutandam amplectendamq; præbes. Quantopere exercitatione, usu & experientia ad veram perrexeris prudentiam, luculentissimis exemplis docuisti, in qvibus te, ubi sciebamus hædere multos (citra omnem adulandi suspicionem testor) summa expicas cum dignitate. Non nisi qvotidianarum cogitationum tua.

tuarum exercitium videbatur rei qualitatē plenā disquisitio-
ne discutere. vid. l. 9. C. d. Judic. & in momentis causarum vol-
vendis & examinandis prudentior juris agnita peritia ac lau-
data est qvām si ad vulgarem, alioquin plerorumque juris co-
gnitionem respicitur. nec quid sit emtio, venditio recitandum
fuit; sed satis abs te demonstratum accepimus, qvomodo habi-
tus actionum humanarum ex juris præscripto directivus tibi
sit tua jurisprudentia. Eqvidem licet speciosa qvibusdam vide-
antur dictu ac blanda ingeniorum lenocinia (dicam qvod
sentio idque verbis Jurisconsultissimi Richteri ex epistolā ejus
dedicatoria decīs.) usu & utilitate cassa tamen sunt, vanis spe-
culationibus obnoxia, & intricata, qvibus nonniſ cum tem-
poris & fortunarum dispendio potest adhærescere juventus.
Qværant alii in hoc mustaceo laureolam; tu Vir ami-
cissime, perrupisti tenuia illa texta, ac proposuisti hacte-
nus ea qvæ faciunt non ad solidam modō sed etiam ad uti-
lem juris cognitionem. Delectabar prorsus te Candidatum suf-
fragio laudare & ad hos honores tuos ex secessibus accurrere.
Hinc etiā mihi ornandus eras sicut ille Arrianus Maturius erat
Plinio excolendusqve. itaqve magni æstimo dignitati huic
tuæ noviori aliquid adstruere posse nescientis imo etiam for-
tasse nolentis. Faxit a. Deus T. O. M. ut feliciter porrò ambi-
guia fata causarum dirimas, tuæque defensionis viribus in re-
bus publicis ac privatis lapsa erigas, fatigata repares. Splen-
deat inter omnes tua fama, glorioſæq; vocis munimine labo-
rantium spem, vitam, & posteros defende felicissimè. V.

Dab. d. 27. Mart. An. 1699.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn771553749/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn771553749/phys_0017)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771553749/phys_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771553749/phys_0018)

DFG



ne certantium (*vid. Loccen. d. republ. ordin. lib. i. cap. II*)
imperu non in primo aut secundo sed summo gradu
tantopere laborant, immo desiderio aliquando inc
conflagrare propè censendi sint, nisi ocyus restinguuntur.
Certè eximia nobis exempla passim posita sunt, ubi
lescentes, quantum ad ingenium senes, etatis anno
ne ac sapientia supergressi sunt, quâ quidem in re e
riis ex Autorum locis Animadveriones suas in Clas
cupletavit Barth. in *Consul. Olybr. v. 68. p. m. 24.* H
agnum videtur (quod ait *Valer. Max. lib. 3. cap. 1.*) eum
dum tempestivum videri qui jam virtuti maturus
Ennodius in vita Epiphanii cap. 12. Scimus Jane
scimus & profunda consideratione perspeximus, juven
oportere pro atatis immaturitate censeri, nec debere
hominibus teneros pro quadam obice annos afferri - V
morum integritate probabilitas geminata laude dignus
venerabile mentis imperium puerile corpus obtempere
plius nec prætereunda videntur verba elegantissi
tonii Matthæi, quæ habentur in orat. 1. in fin. A
ait, senectutem requiret, qui cogitaverit, displicuisse
les leges; nec soli canitudo comitem esse sapientiam
non rugare frontem antequam nixerit, hos omnes
miramus quondam juvenes fuisse, cumque qui inter ex
emplis se defendisse. Egregie Tacitus apud
tutis id præmium, cunctisque civium, si bonis
rent, licitum fuisse perhibet petere magistratum
quidem distincta fuit, quin primâ juventâ consi
cturas inirent. Annal. lib. II. cap. 22. add. Cicer. E
vero etiam si variis in exemplis demonstratum à
jure primogen. in præfat. n. 101. & seq. it. 175. seqq.
Alciato in præf. lib. 6. paradox. & post ipsos in exe
c. l. I. §. 2. ff. d. postul. pro aliis majoribus saltet 17.
sum ab Arumæo Dipp. ad Pand. 5. tb. 2. Nihilominus
exempli virtutes fuisse animadvertisimus quæ mer
nem ipsarum extra ordinem habendam: quæ
William latam esse scimus quâ finirentur anni



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE623 Serial No. 033